



## Universitätsbibliothek Paderborn

**De Honore, Dignis Vel Indignis, Jvste Vel Invste, Deo  
Semper Jvstissimo, Dato, Negato, Violato**

**Stengel, Georg**

**Ingolstadii, 1650**

§. 3. Multos contra Deum murmurare, quòd Honor æquè malis ac bonis  
detur, vel negetur.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-48689](#)

¶um Deum & hominem) debeatur; tamen  
alius inferior honor Angelis, & hominibus  
& ceteris creaturis non negatur, immo de-  
betur, ut infrà ostendam. Prout autem  
maior est in ceteras res bonitas à Deo san-  
ctitasque, aut excellentia deriuata, maio-  
ribus dignæ honoribus esse judicantur..  
Quemadmodum ergo Christus diuino cultu  
latræ à nobis honorandus est, quia in ipso **Coloff. 2:**  
inhabitat *omnis plenitudo diuinitatis corporali-* **9.**  
*ter;* vnde vox Angelorum, & animalium,  
& seniorum fuit: *Dignus est Agnus, qui occisus* **Apoc. 5:**  
*est, accipere virtutem, & diuinitatem, & sa-*  
*pientiam, & fortitudinem, & honorem, & glo-*  
*riam, & benedictionem;* ita Christi Mater, ob  
altissimæ dignitatis suæ excellentiam, *hy-*  
*perdulit;* alij autem Sancti *dulciter* solent ho-  
norari. Et mortales quoque in terris, tantò  
quique maiore sunt amplioreq; honore di-  
gni, quantò maior in illis virtus, vel scien-  
tia, vel potestas, vel alterius cuiusque rei  
laudabilis excellentia agnoscitur.

*Est auro maius pretium; debentur honoros*  
*Maiores semper maioribus.*

§. III.

*Multos contra Deum murmurare, quod Ho-*  
*nor aquæ malis ac bonis detur, vel negetur.*

Vt autem ea, quæ de summa honoris pretiositate disputat Chassan. p. 1. catal. confid. 2. non persequar, certè honorem inter res humanas maximum quid esse oportet, cùm bonis, in virtutis præmium, quod utique maximum esse conuenit, exhibeat.

Aristot.

lib. 1.

R. etor.  
cap. 6.

Sallust.

in Sallustius animaduertit,

Catilin.

& imperium bonus & ignarus aq[ue] sibi exoptant.

Si bonus, vera via nititur;

sed ignarus,

quia bona artes desunt,

dolis atque fallacijs

contendit.

Et utriusque s[ecundu]s,

quod exoptant,

assequuntur,

Hinc querelæ:

hinc variæ in-

mentibus hominum existunt turbationes.

S. August.

lib. 2. de

mirabil.

S. Scri-

pturæ. c.

32.

Sæpe enim, vt D.

Augustinus ait,

*dilectionem*

*honor sequitur,*

*& honor maximus inuidiam*

*fuscitat,* vt apparuit in Daniele, quem rex Da-

rius Astyagis filius honore,

ceteri autem

Medorum & Persarum Principes odio atq[ue]

inuidia sunt prosecuti.

Sæpe videntur ho-

noriati, qui non videntur honore digni;

sæ-

pe, qui palam mali sunt,

gloria abundant:

vt enim illorum virtus in occulto est;

ita-

istorum vitia in oculos omnium incurunt.

Quamobrem sunt, qui aq[ue] mirentur illos,

atque

*bonum sit Honor?*

Laërt;  
lib. 6.

atque istos honoribus cumulari, cùm perinde illorum dignitas nesciatur, ac constet de horum indignitate. Antisthenes interrogatus, *Qua res portenderet ciuitatibus extitum?* Quando in his, inquietabat, nullum esse potest bonorum ac malorum discrimen. Sentiens eam Remp. non posse consistere, ubi nec esset honor virtuti, nec pæna scelerosis. Quo modo ergo Mundi totius Reispublica consistit, in qua improbi pariter ac probi honores, vel ignominias reportant? Si ob denarium murmurarent illi dicentes: *Hi nouissimi una hora Matth. fecerunt, & pares illos nobis fecisti, qui portauit 20. 32.* unus pondus diei & astri; an non potiorem habent causam expostulandi, qui vident, honorem malos non minùs ac bonos adipisci? Cur ista permittit mundi Gubernator? quid simius in purpura, rex in centone incedit? An non Anaximenes dicere solebat: *Qui rectè facta dicta q̄, nullo neque praconio, neque bonore dignantur, quem oro fructum ipsi ex suis benefactis sperare audebunt?* Et Cato, qui virutem honore suo fraudarent, eos dicebat, ipsam virtutem à juventute auferre. *Quare ergo via impiorum prosperatur?* & toties in *terem. 12.* indignus amplissimis honoribus extollitur, dignus de gradu suo deiicitur, vel indignus

A 5

cſe

Plutarch.  
in Apoph;

Psal. 9. 3. esse judicatur? Ita dum superbit impius, incen-  
ditur pauper. Quoniam laudatur peccator in-  
desiderijs anima sua, & iniquus benedicitur. In-  
stus autem quid fecit? His talibus querelis  
antē, quām ordine occurram, dispiciendum  
est, num, & quomodo Honor appeti possit?  
Si enim eum appetere non licet, quo modo  
fas est, de eo cum Numine expositulare?  
Cūm dissonum sit, bonus cantor, bonus cu-  
pedarius; quām erit absurdum, si quis ma-  
lus cantor, & bonus cupedarius dici audia-  
tur?

## CAPVT II.

*An, & quo modo vel fas, vel vanum sit,  
Honorem gloriāmque appetere?*

## §. I.

*Ageſilauſ, & alij cur contempſerint hono-  
rem?*

 Vid querantur homines, si vel  
amittant honorem, vel numquam  
adipiscantur, quando etiam Eth-  
nici phaleras istas & bullatas nugas con-  
tempserunt? Christiani autem quidam,  
*magni nominis umbram*, & populi existima-  
tionem, non solūm nihil fecerunt, sed eti-

am